



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Qvod Ivdaeи Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Caput .III. Quomodo omnis obseruantia legis iudeorum no[n] est  
acceptabilis Deo propter Peccatum in quo sunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

## PARASTASIS.

potestis. Et si nō permittūt uos facere reges populi sub quibus iacetis, permitterēt tamē uos multa alia facere, sicut permittūt circūcisionē et libros & sinagogas, et alia quæ seruatis. Et ad hæc, domine mi, non est nobis in promptu responsio sufficiens, ut uidetur. Sumus tamen dei in omni euentu.

CAPVT .III.

Quomodo omnis obseruantia legis Iudeorum nō est acceptabilis Deo propter Peccatum in quo sunt.

**I**Nuenimus, domine mi, Deū loquētē per os Zachariæ, & dicentem .vij. cap. ubi loquitur de illa prima captiuitate breui, interpretando hanc auctoritatem secundū quod scripta est in Arabico, sicut infra posita est, sonat in latino. Hæc dicit dominus Deus sacerdotibus, & populo terræ. Quando ieunasti & plorasti in .vi. & .vij. toto tempore lxx. annorum, intellexisti quod ieunaretis ad me, aut ploraretis, ego tale ieuniū nolui à uobis. Nostra autem translatio aliter se habet, sed ego scribere propono sicut iacēt in Arabico auctoritates quas Samuel iste adducit, non sicut sunt in nostra Biblia. innuit dominus.

Domine mi, in predictis uerbis qdum nos Iudei fui-  
mus per lxx. annos in dicta captiuitate, fuimus sine lege,  
quia ieinium non habuimus, neq; habemus à lege sicut  
alias obseruantias, & similiter fuimus sine circuncisione  
& sine sabbato, & sine dubio omnia hæc non ualent dum  
ira dei manet super populum suū. Illa uero prima ira Dei  
fuit breuis, quia lxx. annorum, Ista quidem in qua nunc

A 4 sumus,

## VERI MESSIAE

sumus, est longa iam mille annorum, et ultra, et non inuenitur ei terminus in Prophetis, et timeo domine mi, quod sicut Deus misit in captiuitatem illam breuem patres nostros sine lege et sine obseruatijs, nec acceptauit ieunia, nec obseruatis legis eorum, quousque fuit completum tempus poenae ipsorum. scilicet lxx. annorum, sic in ista captiuitate ultima non acceptat opera quae fecimus secundum obseruatis legis, Quare constat quod nos sumus in maiori Peccato nunc, quam patres nostri fuerint in Babylonie. Unde nos sumus in maiori ira Dei quam illi essent, et per consequens opera nostra sunt ei minus placita, et nos sumus ei magis odiosi. Et patet quod illi propter mortem Propterarum, et quia idola coluerunt, fuerunt tantum lxx. annis in captiuitate. Et nos propter magnum Peccatum, et maximus sumus captiui. Iam sunt mille anni, et ultra. Et haec captiuitas, domine mi, sine dubio est illa, quam Deus peros Daniel prophetae uocat desolationem, cum dicit capitulo ix. Usque ad consumationem et fine perseverabit desolatio et cetera. Prima captiuitas uocatur transmigratio, Quia post modicum tempus fuerunt reducti cum honore in Hierusalim. Sed haec uocatur desolatio perpetua, in qua pro certo Deus non miserabitur nostri, sicut miserebatur patrum nostrorum in Babylonie, excepto quod consolabatur eos per Prophetas qui promittebant illis liberationem, et erant omnes simul, nobis autem nihil promittitur, et insuper dispersit nos per uniuersa regna mundi. Attamen quicquid contingat dei sumus in omni euentu.

Caput